

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LXXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

legis. Sed hæc prudentiæ tuæ & fidei in me committo, meque totum tibi tuisque vicissim dico. &c.

Philippus Glaferus.



LXXXI.

Eidem.

HÆc scribentem, accinctum itineri in thermopylas ferinas, in das Wildbad/ nihil præter aurigam morabatur, quod Excell. T. significandum eo duxi, ut si res tuæ paterentur, & valetudo postularret, eodem & ipse te me adhuc præsentem conferres. Quod si aquæ limpidissimæ tam salutare utriusque nostrum fuerint, quam optatus mihi tuus congressus est futurus: non dubitabis fore, ut & nummos & tempus quam optime collocemus. Augustæ, 1573. 20. Febr.

Hieron. Wolfius.

LXXXII.

Eidem.

S Prædie quam tuæ mihi redderentur, Vir clariss. Domine & amice colende, Lucas noster jam in Italiam profectus mihi & occupationes tuas tam scholasticas quam forenses & delectationes hortenses exposuerat. Quare posthac non ero tibi, nisi necesse fuerit, molestus: æquissimoque feram animo te illud *χρυσίου χρυσολιδίου* usurpare, qui cum Prisciano relicto ad Justinianum se contulisset, nullis familiarum literis rescribebat, quod diceret, pari labore se interim aureum nummum lucrari posse. Tu ergo tam magnificum nomen imitatus *καθὼς χελιάδας χρυσίου δοκῶντας* Diis hominibusque plaudentibus cumulo: quoque firmiore valetudine & vita diuturniore fruaris, in hortis tuis suaviter, cum licet, requiescito. Quam *ἰσημερίαν* ita tibi invideo, ut me suavissima consuetudine tua carere doleam. Sed & hæc & alia graviora mihi sunt & æquo & magno ferenda animo, *ἵνα μὴ κείνη φιλοσοφία τις ἢ καὶ πηλολογικότης φαινώμεθα*. De Mathematico, quæ scribis, grata sunt. Sed is, quem designasti, non erit nostri palati: & speramus, nos alium habituros, ad omnia paratiorem. *Τὸς Αὐτοκρίτους τῆ ἀρχιεπίσκοπῆ Δεῖ ἐπιτηδεύω, μετὰ*

1573

καὶ οἱ ἐκείνοι, ἢ παλιθεῖαν τὴν κρητικὴν κρήνην ἐπὶ οἱς κρητὸν ἵστανται
 μεταίως προσδεκόμεθα. τὴν γὰρ ἑστὴν θανάτου ἀλλ' ἔδιν ἄπαιται. Vale. Idibus
 Octobris, 1574.

Hieronymus Wolfius, tuus.

LXXXIII.

In Præsulem Agrippinum Suita.

PRÆsul Agrippinūm Truces, cur hoc tibi nomen?
 In promptu causa est: trux, dux, lux, nux, mala crux es.
 Trux es Catholicis, dux schismaticis, mala lux es
 Hæreticis, nux es male sana bonis, mala crux es
 Tranquillis. En Nomen habes, nunc accipe & omen.
 Trux dux vincetur: lux extinguetur & illa
 Nux cito frangetur, crux auctori statuatur.

Pro Præsule Agrippinum Anti-Suita.

PRÆsul Agrippinūm Truces, cur hoc tibi nomen?
 Causa bona in promptu: trux, dux, lux, nux, pia crux es.
 Trux Papæ & Monachis; pietati dux: bona lux es
 Toti Orbi: nux esque infracta malis: pia crux es,
 Quæ Christum sequitur. Hic nomen habes cape & omen:
 Trux duce vive DEO; Lux fulge lucida; nux quæ
 Nondum frangetur; cœlo crux suscipietur.

Ad Belgas.

Carmen exhortatorium de Cometa, qui v. 7. Novembr.

Anno 1577. in Hispania prope urbem Madritensem apparere cepit.

BELgia jo! gaude tibi Numine Numen ab alto
 Matthias alter Josua missus adest,
 Israhel ille tuæ vindex fortissimus Heros
 Libertatis erit, sic statuente DEO.

Mox